

Doc. 13

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Doc. 13

[1241?]

Fridericus etc.

Litteras quas nostre celsitudini etc.

Quod autem significasti, te occasione generalis mandati nostri, quod misimus de exteris in regno ad publica non admictendis officia, ubi sufficientia de regni fidelibus habeatur, magistrum Matheum de Pisis, civilis iuris professorem, fidelem nostrum, ad advocacionis officium admictere dubitasse et super hoc scire nostrum beneplacitum postulasti, tibi duximus respondendum, quod cum per litteras tuas easdem intellexerimus, eundem fidelem nostrum existere et in regno circa nostra servitia fideliter conversatum ac nostris etiam servitiis oportunum, et per plures etiam de nostra curia laudabile recepimus testimonium de eodem et quod iam per septennium in regno moratus devote se gesserit in servitiis nostris, volumus et mandamus ut eundem magistrum Matheum ad officium ipsum advocacionis admittas et, quia idem in nostri presentia constitutus exposuit excellentie nostre devotionem, quam habet ad servitia nostra, et ad honorem maiestatis nostre fieri amodo regnicola concupiscit, fidelitati tue mandamus quatenus, recepta ab eodem magistro fideiussoria cautione, quod habitationem regni non deserat, deinde eum in servitiis nostris et aliis omnibus sicut unum de burgensibus fidelibus nostris admictere debeas et tractare.

1

Per questo personaggio cfr. Kantorowicz, *Federico II* cit., p. 716; R. Trifone, *Due Pisani a Napoli professori di diritto civile nei sec. XIII e XIV*, «Bollettino storico pisano», n. ser. 11-13 (1942-1944), pp. 99-103: 101-103.

Datum etc.